

tre Messalina x x i i. Imperii die, inque secundo consulatu patris natus. Hunc paruulum militibus pro concione, manibus suis gestans, & plebi per spectacula gremio, aut ante se retinens, assidue commendabat. Post obitum patris veneno à Nerone extinctus est.

DRVSVS POMPEIVS, Claudii & Plauciæ Herculaniæ filius. Hunc puberem amisit, Pyro per lusum in sublime iactato, & hiatu oris excepto, strangulatum. Cui ante paucos dies mortis suæ, filiam Seiam desponderat.



CLAVDIA ex Herculaniæ Claudii filia, ex liberto suo Botere concepta esse ferebatur: Quamuis ante quintum mensem diuortii nata aliq; cœpta, ad matris tamen ianuam exposita, & nuda abiecta est.

ANTONIAM ex Petina Cn. Pompeio Magno, deinde Fausto Syllæ nobilissimis iuuenibus collocauit Claudius, quos postea non reiecit modò, sed interfici iussit.



DOMITIVS NERO CAESAR ex Cn. Domitio Nerone & Agrippina Germanici filia, x v i i i. Calend. Ianua-

d 4 rias